

- cif. 211. sub n. 2. ver. quia speciale part. 2. recent. cum aliis relatis per Modern. Roman. discept. 86. num. 10. ver. Nam quamvis & seq. Nec illa poterat ideo excludi, quod proprium in ipso actu habuisse interesse probari videatur ex illis verbis Instrumenti, (refutavit, renunciavit, &c. DD. Marco Antonio; & Tiberio, pro se, ac vice, & nomine supradicti Domini Martii, ac Dominæ Hieronymæ, &c.) Quia dignoscitur evidens error scripturæ ex ipso contextu qui talis est, (cum præsentia, & interventu supradictæ Dominæ Hieronymæ ejus matris, & curatricis ibidem præsentis, ac consentientis, refutavit, ac renunciavit. DD. M. Antonio, & Tiberio pro se, ac vice, & nomine supradicti Domini Martii, (qui erat alter eorum frater absens, ac Dominæ Hieronymæ, & me Notario præsentibus, &c.) Constat enim ex recta orationis constructione Hieronymam ibi præsentem, una cum dictis M. Antonio, & Tiberio, ac Notario acceptasse pro Martino altero filio absente, non autem pro se ipsa, licet Notarius erraverit in describendo illius nomine in genitivo loco ablativi, qui sane error vero sensui, ac intellectui præjudicare non potest, sed corrigi debet l. cum in testamento, ff. de reb. dub. l. si librarius, ff. de reg. jur. Bald. consil. 33, verba instrumenti, n. 2, versic. respondeo, & consil. 117, il secundo. Verba debent ita, in fin. versic. & quia vera littera debent esse, &c. libr. 1, Gabriel. consil. 130, sub nu. 40, ver. hoc enim verbum, & seqq. usque ad fin. lib. 2. Neque urget replicatio, quod in eodem actu filia renuncianti auctoritatem præstare, & pro altero filio absente stipulari non posset. Quoniam id non erat jure prohibitum, l. accipientis, ubi Bart. sub princ. v. tertio modo, &c. ff. de autor. & consens. tut. & cur. Stef. Lamberteng. de contract. eorum, gloss. 11. super verb. agnati, sub n. 75, ver. verum in contrarium, & seq. præsertim verò dum ipsi nihil inde acquirerebatur, l. 1, ver. tamen, & ibi Bart. sub n. 5, ver. sunt enim per Italiam statuta, cum sequenti, & leg. quod dicimus, ibique gloss. in verb. acquiritur, ff. eodem.*
- 20 Et omnia gesta fuerunt cum Judicis Decreto, & consanguineorum interventu, ac consensu palam, & bona fide ad legem pupillus, §. item ipse tutor. ver. sane, ibique gloss. in verb. palam, ff. eodem, l. non existimo, ver. & multum refert, ff. de admin. & peric. tutor. & curator. Alex. in l. 1, §. fuit quæsitum, sub n. 2, vers. aut in contractu ultra citroque obligatorio, ff. ad S. C. Trebell. Socin. consil. 80, num. 16, ver. licet ista responsio, ac sequent. lib. 4, Gabr. consil. 5, n. 24, ver. receptum verò est, lib. 2, Lamberteng. dict. tract. de contract. eorum gloss. 10, super verb. cum ipso marito, n. 2, vers. primus est, ac seq. Rot. penes Pat. dec. 31, sub n. 3, ver. tertio fuit dictum, lib. 3, Cardin. Seraph. dec. 1004, n. 7, versic. non obstat quod mater tutrix auctorizaverit, & dec. 348, n. 1, ver. sed Rota &c. cum seq. & num. 3, v. neque refragabatur part. 4, diver. Præterea interveniunt duo proximiores consanguinei, nempe Dominus Hieronymus de Pichis, & Dominus Franciscus de Rusticis, nec alii probantur tunc fuisse in civitate propinquiores, qui adesse possent ut necessarium esset, Corn. consil. 241, sub nu. 7, ver. Idem si non sunt presentes in loco, & seq. lib. 2, Cravett. consil. 80, sub n. 14, ver. conclusio tamen. Paserh. consil. 147, sub n. 3, ver. Et in terminis, ac sequent. Rot. penes Achil. dec. 4, de Præs. & Sanct. mem. Gregor. dec. 459, n. 10, ver. quia non sufficit, & in Recent. dec. 261, n. 6, ver. nec revelat, part. 4, tom. 2. Ac demum Judicis præsentia, & Decretum ex justa causa ibidem expressa interpositum juxta formam ejusdem statuti. Atque ipsius

Eleonoræ, testiumque subscriptio, ut disponitur in antecedenti cap. 149.

Insinuatio autem non erat necessaria. Tum quia in hujusmodi renunciacionibus ex causa ingressus in Monasterium ad favorem propinquorum emanatis, non viget (ut dictum est) ratio fraudis atque læsionis, ob quam leges tam communes, quam municipales, eam fieri jubent, Dec. d. consil. 31, sub n. 5, ver. ultimo non obstat usque in fin. Rot. dict. dec. 714, n. 9, ver. Atque hinc in similibus renunciacionibus, part. 2, recent. Sanchez super Decalog. lib. 7, cap. 6, sub n. 20, ver. Unde inferitur. Tum quia illæ irrevocabilitatis robor accipiunt ex tempore professionis emissæ, sicque mortis civilis renunciantis, ac proinde instar Donationis causæ & mortis ad hunc effectum potius censerentur debent, Bero in cap. In præsentia sub n. 15, versic. sed advertas, ibi, Idem melius dicendum est, &c. de probat. & plenè firmavit Rota in Romana Donation. de Melchior. 16. Martii 1620, penes Buratt. dec. 461, per tot. quæ fuit approbata in Roman. Donation. 3. Junii 1641, coram R. P. D. meo Rojas, in §. fuit enim multipliciter responsum, &c. & in d. Maceraten. Pecuniar. 20. Junii 1644, coram R. P. D. meo Othobono, in §. Nullitas renunciacionis ob defectum insinuationis, &c. ac in aliis, & latè comprobatur Manent. consilio 58, per totum libr. 1.

Eoque minus in proposito casu, in quo stante solutione dotis facta per fratres Eleonoræ etiam ex dispositione paterna in summa solita pro Monialibus, quod congrua censetur etiam si longè major constituatur nubentibus in seculo, ut fuit dictum in Romana Dotis 21. Junii 1632, coram Sanct. Gregor. decision. 63, nu. 17, versic. non obstat quod Monialis debeat dotari, & sequent. & in alia Romana Dotis 14. Martii 1635, coram bon. me. Merlino in recent. dec. 30, sub n. 25, ver. Rationabilis visa fuit part. 7. Cætera omnia ejus jura licet super bonis magni valoris præsentia, erant tamen (prout hætenus dignosci potest) eo tempore illiquida, & incerta & à futuro eventu præcedentia, & atque extinctionis lineæ masculorum, ac ejusdem Eleonoræ superviventia pendentia, ideoque non facile poterant certa adeo æstimatione pensari, ut ejusmodi legibus de insinuatione disponentibus subicerentur, juxta text. in leg. sancimus §. si quis autem talem, ver. Incertus enim fortunæ exitus & ibi gloss. in verb. fortune, & in verb. possibile sit. C. de Donat. Nec ideo quicquam de bonis renunciantis tunc detractum, vel & renunciatario additum fuit; ita ut vel illa pauperior, vel iste ditior effectus fuerit, leg. si sponsus §. Hoc autem ex eo, & in fin. versic. Ubi quicque igitur, & l. quod autem, ff. de Donation. inter vir. & uxor. l. substitutio, ff. de acquir. rer. domin. Anton. Gomez. var. resolution. tom. 2, cap. 4, de Donation. sub n. 10, ver. Item etiam prædicta habent locum, & versic. Secundo infero. Rota dec. 447, n. 35, ver. quia in utroque casu, & sequent. part. 5, & d. decis. 12, à nu. 11, versic. Nec est verum, &c. & plur. sequent. & dict. dec. 292, à nu. 20, ver. Placuit responsio, & sequent. ad n. 27, & dict. dec. 320, nu. 22, ver. & in terminis, cum sequentibus, & sub nu. 34, ver. secundum, ac sequent. part. 6, recent. & in Signina Bonor. 9. Junii 1645, coram me, in §. fin. ver. Eoque minus.

Præterquod si fuisset necessaria. Adhuc etiam ex cursu longissimi temporis sexaginta annorum, & ultra à dicta renunciacione usque ad litem hanc motam elapsi cum silentio ejusdem Eleonoræ, ac Monasterii præsumeretur intervenisse, Rot.

Rot. penes Puth. dec. 132, lib. 2. in Correll. & Card. Seraphin. dec. 742, nu. 4, ver. tertio quod dicitur, & Card. Cavaler. dec. 575, sub n. 10, versic. tamen visum fuit &c. ac seq. & dec. 876, num. 4, ver. Et in omnem eventum part. 4, diver. ac in recent. dec. 682, num. 18, versic. Imò videbatur, part. 4, tom. 2, & sæpè in aliis. Nec enim deficit observantia ex utraque parte. Quia certum est Dotem, & acconcium à fratribus Eleonoræ promissum fuisse solutum; Illam verò passam fuisse fratres, ac eorum hæredes gaudere beneficio Renunciacionis, nec aliud quicquam petiisse etiam ratione annuorum scutorum viginti quatuor in eodem Instrumento promissorum, vel quia eadem partes intenderint esse comprehensos in pensionibus Domus & Apothecæ ipsi pridie assignatis, vel quia aliter convenerint, ut fuit consideratum in Conchen. Decimarum de Villanueva 5. Maii 1600, coram rec. mem. Cardinali. Pamphilio. in §. neque obstat quod observantia moderna, & penes Card. Cavaler. dict. dec. 575, n. 12, ver. Prædicta autem observantia, &c. & in recent. dec. 31, sub n. 3, ver. nec de observantia, &c. part. 4, & dict. decisio 682, n. 20, versic. Attamen responsum fuit, eadem p. 4, tom. 2, & comprobatur ex dictis in Roman. Salv. de Casalib. 21. Junii 1641, coram R. P. D. meo Cerro in §. Prima descripta fuit ex eo, ver. Unde cum nec Michaël, nec ejus descendentes, & rursus in eadem 13. Martii 1644, coram R. P. D. meo Peutingerio, in §. Imò quatenus Casalii &c. Et ita, &c.

DECISIO XXXVI.

R. P. D. MELTIO.

Bononien. Dotis.

Veneris 28. Junii 1647.

Hæc Decisio est extra seriem.

SUMMARIUM.

- Mandatum nulliter relaxatum exequi non debet.
- Via executiva contra tertium non competit.
- Rescripta intelliguntur prout de jure.
- Tertius possidens ad impediendam executionem titulum non ostendit.
- Titulus possessionis justificatur ex mandato de manutenendo.
- Creditum dotale ex conjecturis justificatur.
- Donatio inter vivos quando dicitur. Sine solemnitatibus non sustinetur, num. 8. Non insinuata vitatur in excessu, n. 11.
- Insinuatio inventa fuit favore privato, & publico. Requiritur in donatione excedente scuta 150, ex statuto Urbis, n. 12.
- Insinuationi non potest renunciari.
- L. hæreditatem 68, ff. ad leg. falcid. militat etiam in actu inter vivos.
- Juramentum insinuationem non supplet quando ex statuto, pro dolo extortum habetur.
- Jus tertii ad tuendam possessionem allegari potest.
- Notarii ex constitutionibus Pontificiis non possunt rogari de contractibus, nisi bene noscant contrahentes.
- Instrumenti fides ex quibus dicatur suspecta, & n. 18.

19 Testium habitas de tempore depositionis inspicitur.

20 Testes patientes exceptionem juncti cum in regro fidem faciunt.

DE anno 1615. sub die 7. Julii, Ulixes Turonus inter vivos donavit Catharinæ Caromana, prætextu consanguinitatis scuta 200. annua, vita durante, tantum donatarie, & de eodem anno in mense Octobris, idem Ulixes nupsit Catharinæ Nutæ cum dote scutorum septem millium, quorum quinque millia tradita fuerunt in pecunia, alia autem in tot apparatus, de quibus omnibus Ulixes quietantiam fecit, ut apparet ex apocha matrimoniali summario Nutæ, num. 1. in qua etiam legitur quod ipsa Nutæ sibi reservavit alia bona extradotalia, quæ postea tradidit eidem Marito pretio scutorum 4688, sub hac tamen conditione, quod ad omnem ejus requisitionem illa essent persolvenda, prout Ulixes talem solutionem facere promisit dicto summario num. 3. sed postea instante Nutæ pro satisfactione sui crediti de anno 1620, illi in solutum data fuerunt prædium, & quedam alia bona in communi Casalix cum clausula, ad habendum & constituti. Verum quia idem Ulixes ære alieno gravatus premebatur, etiam ab illis suis creditoribus de anno 1621. cessit dictæ Nutæ, alia bona cum eadem clausula, ad habendum, & constituti, in communi Argelles, Casalix, & Bononix, etiam pro dicto credito scutorum 4688, cum onere tamen satisfaciendi nonnullis creditoribus, prout ipsa solvere promisit mediante venditione honorum. At cum de anno 1632. eadem Nutæ molestaretur ab Ulixæ, respectu possessionis honorum, jam ipsi cessorum in illis manutationem obtinuit, quam intimari fecit dictæ Caromana, quæ post obitum Ulixis sequutum de anno 1638. egit coram Auditore Cameræ pro solutione dictæ annuæ summae donatæ, & citata eadem Nutæ, atque Curatore deputato hæreditati jacenti dicti Ulixis, de anno 1640, 23. Martii, obtinuit mandatum contra illius bona hæreditatis pro summa, usque tunc debita, & deinde fuit expeditum mandatum pro scutis 400. quod fuit etiam exequutum super nonnullis bonis existentibus in territorio Bononien. Verum cum Nutæ se opposuerit ulteriori illius executioni obtinuit mihi causam committi, & disputari dubium, an esset procedendum ad ulteriora, in deliberatione bonorum, vigore dicti mandati, & negative per Dominos, fuit responsum tanquam nulliter & injustè relaxati Text. in leg. si cum nulla, ff. de judicat. Baldus in Authentic. quæ supplicatio. C. de precib. Imperat. offeren. Crott. consilio 59, n. 17, Paris. consil. 51, n. 49, vol. 4. cum aliis congestis in Tiburtina Castri Sancti Angeli 18. Junii 1646, §. regulare namque est, versicul. nec esse executioni demandandam, coram me.

Nullitas autem dicti mandati, ex eo resultat quia illud fuit exequutum in bonis per Nutam possessis jure Domini, & in solutum illi datis occasione assecurationis suæ dotis, contra quam uti tertiam posseditricem, non poterat executivè & procedi; sed agendum erat remediis competentibus contra tertios possessores, Alexand. in lege à Divo Pio. §. si super rebus num. 28, versicul. & pro hac bene facit, ff. de re judicata, & in leg. 1, §. si hæres, ff. ad Trebell. de ejus, consil. 209, num. 21, lib. 1. Rot. Civitatis Castellæ pecunia.

pecuniaria 12. Decembris 1608, coram Penia que est 66, n. 5. post Zach. de obligat. Cam. Duran. decis. 15, nu. 8, & decis. 50, nu. 1, & in recent. decis. 263, num. 4, & 5, fuit resolutum in causa Sancti Severini dotis 23. Januarii 1628, coram Reverendissimo Domino meo Decano, & in Romana subhastationis, de Alexis 12. Decembris 1644, coram R. P. D. meo Cerro.

Non obstat quod subhastatio fuerit facta, vigore rescripti Sanctissimi mandantis bona, de quibus agitur, subhastari ad effectum satisfaciendi Nutæ, quatenus sit anterior, atque aliis creditoribus, juxta eorum anterioritatem, & posterioritatem; Quia hujusmodi scriptum, per secundum fuit reformatum, cum Sanctissimus in secundo brevi ordinaverit, quod, secuta satisfactione, imprimis Nutæ de suis creditis procederet ad subhastationem. At quatenus etiam cessasset talis reformatio non est verisimile, quod Pontifex voluerit juribus ejusdem Nutæ præjudicare dum viginti ab hinc annis possidebat, & prius allegaverat in actis, nec non exhibuerat cessionem sive dationem in solutum dictorum bonorum, sibi facta occasione jurium dotialium, & hujusmodi rescripta & semper intelliguntur, prout de jure, etiam si verba videntur discrepare ab eodem jure, Bald. in lege 1, numero 6. ff. de constitutione. Princip. & in leg. ex facto in princip. ff. de vulgar. & pupill. substituit. Cyriac. controvers. forens. controvers. 426, n. 35, & sequentibus. Menochius præsumpt. 9, nu. 6, libr. 2, & præsumpt. 189, n. 183 libr. 4. Corn. consil. 312, num. 4, volum. 3. Cephal. consil. 439, nu. 3, & 4, libr. 3. Rot. decis. 84, num. 4, part. 2, diversar. & in dicta Romana subhastationis de Alexiis, 12. Decembris 1644. §. nec quicquam refert coram R. P. D. meo Cerro.

Minusque relevat, quod dicta datio in solutum, à Nutæ dicatur simulata, prout etiam creditum dotale Nutæ, non admittatur tanquam non justificatum. Quia ad effectum impediendi executionem & Nutæ uti tertia non tenetur ad aliquam tituli justificationem conspectu suæ possessionis: sed sat est illam allegare, leg. à Divo Pio, §. si super rebus, num. 4, ff. de jure judicat. leg. cogi Cod. de petition. hereditat. Castrensis. consil. 143, libro 1. Rot. decisione 222, nu. 3, coram Papa Gregorio XV. & in individuo tertii possidentis ex causa dationis in solutum fuit firmatum, in dicta Romana subhastationis, §. nec DD. voluerunt.

Sed ex abundantanti titulus possessionis Nutæ justificatur non solum quia ipsa obtinuit mandatum de manutenendo & in bonis, de quibus agitur, ut ex ejus summario num. 6. Mant. de tacit. & ambiguit. conclusione 1376, num. 3. Rota in Melevitana Tenetæ 26. Junii 1645, circa finem coram R. P. D. Peutingerio.

Verum etiam quia ipsius creditum dotale & justificatur ex apocha matrimoniali, ab Ulise, & Testibus subscripta, dicto summario num. 1, & quietantia integræ solutionis scutorum septem millium occasione d. dotis, eodem summario n. 2, ex consignatione bonorum extradotalium, summario num. 3, ad tradita Per Baldum in leg. 1, n. 4, versiculo Unde queritur Cod. de privileg. dot. Mascardus de probat. conclusione 362, n. 15. Gregorius XV. dec. 62, n. 2, Romana Domus 20. Maii 1633, 2. Martii 1635, & 13. Junii 1636. coram Reverendissimo Domino meo Decano confirmata 24 Februarii 1642, coram eodem Fanen. dotis 13. Martii 1642, coram Reverendissimo P. Domino meo

Cerro Civitatis Vetule dotis 12. Februarii, & 29 Aprilis 1643, coram eodem & in Romana dotis 23. Junii 1545, coram Reverendiss. P. Domino meo Outhobono.

Injustitia autem dicti mandati habita fuit pro evidenti, quia donatio facta Caromanæ insinuata non fuit prout requirebatur, tanquam facta inter vivos, & ut denotant verba apposita in dispositiva dictæ donationis, ibi, habere debere vim donationis irrevocabilis, Oldrad. consil. 114, versiculo circa quod. Angel. consil. 179, viris prædictis, num. 6. Alex. consilio 78, num. 2, in fin. versiculo quantum ad primum, libro 4. Dyo. consilio 49, num. 7, versiculo 2. quia ubi Apostill. in verbo, irrevocabili. Unde tanquam carens solemnitatibus & requisitis per statutum Urbis, cap. 150, libro 1, quas esse de forma Rota firmavit, coram Durano, decisione 155, n. 1, & decisione 34, num. 4, cum duobus sequentibus, part. 6. recentior. Gregorius XV. decisione 260, n. 1, & sequentibus nequaquam potest sustineri; Cardinalis Cavalerius decisione 314, num. 5. Buratt. decisione 682, nu. 2, part. 4, recentior. tom. 3, & ista insinuatio & adinventata fuit primo, favore privatorum, secundario autem, favore publico, ut tradit Gratianus disceptat. forens. cap. 531, nu. 4. Alexander consilio 167, nu. 11, volum. 7. Socc. consil. 77, col. 8, versiculo non obstat nova ratio, volum. 1. Corn. consilio 69, col. 5, versiculo non obstat quintum volum. 2. Fenzon. ad statutum urbis, in dicto cap. 150, num. 22, libr. 1, nec illius & solemnitati poterat renunciari, juxta doctrinam Bart. in leg. Modestinus, nu. 9, ff. de donat. Lup. in rubric. de donat. inter virum, & uxorem, §. 17, nu. 6. Boccae. de constitut. Egidian. libr. 5, cap. 25, in glossa 5, num. 6. Idem Fenzon. ad dictum caput stat. 150, num. 46, Gabr. de donat. conclusione 1, num. 9. Gratianus discept. forens. cap. 854, num. 39, Duran. dicta decisione 155, num. 12.

Non obstat quod donatio ex defectu insinuationis & vitiatur solum in excessu, ex lege Sanctimus 34, versiculo si quid autem, Cod. de donat. Buratt. decisio. 7, nu. 6. Rota dicta decisio, 682, num. 3, parte 4, recentior. tom. 3, excessus & autem in presenti casu dicatur illa quantitas, quæ excedit summam scutorum monetæ Romanæ 150, ut bene declaratur per Fenzon. ad statutum Urbis, eodem cap. 150, sub nu. 31, & sic saltem usque ad talem summam scutorum 150, donatio omnino sustineatur, lege si quis pro redemptione, §. cæteris, Cod. de donat. Antonius de Canar. in tractatu de insinuatione, nu. 60, versiculo 31. Natt. consilio 28, sub nu. 2, quia animadvertendum est quod hic agitur de annua donatione scutorum 200, & tamen statutum admittit solum donationem non excedentem summam prædictam scutorum monetæ Romanæ 150, pro unica vice tantum unde intra hanc summam hujusmodi annua donatio sustineri minime potest, * nisi pro primo anno, facta tamen computatione, & æstimatione juxta terminos lege hereditatum 68, ff. ad legem falcid. cujus dispositio procedit etiam in actibus inter vivos, ut reprobat doctrina Afflic. tradit Surd. ex commun. de aliment. titulo 9, quæst. 11, num. 26, in fin. & sequentibus, Scacc. de judic. libro 2, cap. 2, num. 477, versiculo hujusque legis computatio.

Minusque refert, quod talis donatio jurata fuerit, quia, ut disponit dictum statutum in præcitato loco juramentum præsumitur fraudulenter interpositum, adeo, ut non possit contrarium

Leodien. Capella 25. Junii 1618, coram bon. mem. Remboldo.

Et ita utraque parte reformante, &c.

DECISIO XXXVII.

R. P. D. MELTIO.

Bononien. fideicommissi de Amoris.

Luna 18. Maii 1648.

SUMMARIUM.

- 1 Immissio conceditur fideicommissario ubi concurrunt requisita.
- 2 Descendit ex quibus probetur; Ex testibus qualiter probetur, nu. 3. Cessante concursu ex levioribus probatur, num. 4.
- 3 Testamenti exemplum non probat; Limita, n. 6. Declara ut num. 8.
- 4 Observantia tribuit robur testamento non solemn.
- 5 Fides Notarii extracta lue pendente non probat.
- 6 Instrumentum legale non indiget matrice.
- 7 Falsitas ut arguatur, requiritur diversitas manus.
- 8 Bona in bonis fideicommissentis probatur ex descriptione in testamento; in bonis probatur ex inventario, n. 14. In bonis probatur ex divisione, num. 15.
- 9 Testatoris assertio circa ejus bona non probat contra tertium; Limita ut num. 17.
- 10 Possessio probatur ex liti sustentatione.
- 11 Identitas probatur duorum consinium justificatione. Amplia ut num. 20.
- 12 Legata fuisse soluta concludenter probandum est. Ex creditis, & mobilibus præsumuntur soluta, num. 22.
- 13 Heres ut teneatur, prius constare debet, quod sit heres.
- 14 Testator usufructuario cautionem remittere non potest.

M Athæus de Amoris de anno 1568. sub die 8. Decembris suum condidit testamentum, in quo instituit sibi hæredibus Alexandro, & Julio Cæsare ex Dominico fratre nepotibus, illos ad invicem, si quis eorum quodcumque sine liberis masculis, ex masculis descenditibus decesserit, substituit, & ambobus, vel eorum altero, cum descenditibus masculis decedentibus, cuilibet eorum decedenti masculos legitimos naturales, ac de legitimo matrimonio natos, & nascituros, ac ex linea masculina descendentes in infinitum, substituit vulgariter, & vicissim pariter substituit, vocando proximiores in stirpes, & non in capita. Quibus omnibus sic institutis, atque substitutis deficientibus, substituit filios masculos naturales; & in eorum defectum spurios illegitimos ex damnato coitu natos: Et pariter his non extantibus, sive extincta eorum linea vocavit feminas descendentes ex quibusdam ejus neptibus; Atque ut integra, & illæsa ejus bona institutis, & substitutis remaneret, illa describendo in eodem testamento expressè alienari prohibuit, ita ut ex eis legitima, & Trebellianica, neque etiam detrahi possent. A Julio Cæsare uno ex hæredibus natus fuit Guido, qui obiit, nullis post se relictis filiis. Ab Alexandro

erarium probari, & idcirco tanquam annullatum ex causa publicæ utilitatis non attenditur, & nihil prorsus operatur, Bart. in l. si quis pro ea n. 8. ff. de fidejussor. Bald. cons. 250. Duran. d. decis. 155, n. 10. Rot. dec. 200, n. 8. part. 5. recent.

Cessat pariter quod exceptio insinuationis potuisset tantummodo allegari ab ipso donante, quatenus jussisset vel ab aliis causam ab ipso habentibus, non autem à dicta Catharina Nutæ, uti tertia posseditrice; quia ad tuendam suam possessionem propriam ipsa bene potuit allegare atque deducere jus tertii, Gratian. disceptat. forens. cap. 855, nu. 20. Surd. consil. 415, num. 16. cum aliis ab eodem allegatis in dec. 144, sub nu. 19. Duran. decis. 97, nu. 3. Rota in Romana census 15. Junii 1636, coram bonæ memoriæ Merlino, & in Romana Salviani 10. Decembris 1640, coram Reverendissimo Domino meo Decano.

Ex alio etiam capite impugnatur hujusmodi donatio; quia Notarius de ea rogatus non asserit cognovisse donantem, & notarium, minusque testes, qui cognovisse dixerint aliquem ex contrahentibus, prout requiritur juxta reformationem Tribunalium Pauli V. Fel. record. in s. Notarii non audeant tit. de Notariis, de qua per Rot. decis. 62, num. 4, & decis. 149, num. 1, & sequent. part. 6. recent. Gratian. disceptat. forens. cap. 497, num. 1, & sequentibus, & licet una ex testibus deponat cognoscere Ulissem donantem, cum tamen Notarius non dicat cognoscere istum testem, & notarium juxta illud, quod sancitur in eadem reformatione, actus fuit ipso jure nullus, propter vim decreti irritantis, Rot. d. decis. 62, num. 6.

At quod magis urget, habita fuit à nonnullis ex Dominiis pro valde suspecta ista donatio; quia facta, & stipulata, apparet, hic in urbe, sub die 7. Julii 1615, & tamen adsunt testes qui deponunt vidisse de eodem tempore donantem commemorantem in civitate, Bonon. summario Nutæ n. 14. Ex quo, cum reddatur dubia, & suspecta fides instrumenti & hujusmodi donationis, ista sola suspicio sufficit in hoc civili judicio, ad retardandam, sive denegandam executionem instrumenti ex tunc, in l. habemus, C. de probat. Fenzon. cons. 56, n. 21. Rot. decis. 452, n. 4, part. 3. recent. & decis. 229, n. 2, post 2. vol. cons. Farinac. Card. Caval. decis. 445, n. 1, & instrumenta semper pro suspectis habentur, quotiescumque ex illis aliqua resultare potest inverisimilitudo, Menoch. præsumpt. 20, nu. 12, & sequentibus, lib. 5. Rot. decis. 366, num. 6, post d. 2. volum. cons. Farinac. qui idem tradit de falsit. & simul, qu. 153, num. 176, & seqq.

Non obstant exceptiones, quæ dantur contra aliquos, ex dictis testibus per Caromanam, scilicet, quod primus fuerit concubina ipsamet Ulissem, secundus autem illius famulus. Quia sufficit quod tales non probentur de tempore quo ab illis factæ fuerunt depositiones, ut eorum dicta ad probandum admitti debeant, cum tempus depositionis & inspicitur semper, ad effectum habilitandi vel inhabilitandi testes, l. 3. in princip. ff. de testibus, gloss. in l. Carboniani, s. cause in verbo non eandem, ff. de Carbon. edito, Bart. in leg. ad testium §. conditionem n. 4, ff. de testam. Alex. cons. 149, nu. 7, lib. 5, sed est etiam quod duo isti testes paterentur exceptiones, cum certius adit à quo ii adminiculantur. Ita omnes simul juncti absque difficultate plenam probationem faciunt, Gabr. de testibus, concl. 12, num. 7, & seqq. Surd. decis. 31, num. 15, & fuit dictum in

Decisiones ad Tract. de Alim.